

GEORGIVS GISCRA BOHEMVS.



Georgius Gisca ex nobili familia apud Boemos natus, magna corporis & animi fortitudine fuit praeditus. Itaque Sigismundi & Alberti Caesarum castra secutus, magnam sibi authoritatem comparauit. Cum etiam Albertus mortuus esset, atque Vladislaus Poloniae rex Hungariam invasisset, quae Ladislao Alberti filio debebatur, hic Iohannes armorum gloria clarus partes eius unicus ferre in Hungaria defendit, hostes aliquoties acie fudit, Ioanem Huniadem uirum alias fortissimum bis castris exult, & rebellantes Hungaros magnis clavibus affecit. Is aliquando ad Fridericum Cæsarē profectus, ut puerum regē inspiceret. Cum apud

Nouam ciuitatem ad regis conspectum uenisset, plurimum illachrymans Laudisla manum in procerum præsentia exosculatus, haec uerba protulit: Video te tandem teneoque rex. Utinam uero scires, quae pericula, quos labores, & quot uulnera tuo nomine pertulerim. En cicatrices testimonio sunt, patri tuo tibi quæ uitam deuoui. Nulla uis est, nulla fortuna, quae meum animum à te alienare possint, officia mea sola tibi mors auferret. Sed tu haec per ætatem non intelligis. Postea subridens, dixit: Quod mihi præmium fidei ac laboris erit, & quod das militi stipendum: